

vobiscum, et cum ad presens dispositi fueramus vos visitare proposituri legationem et credentias nobis commissas, actum est quod prelati in ecclesia Caminensi in hoc loco nos visiterunt, toto corde supplicantes, ut ad vitandum diversa pericula et pro consolatione cleri civitatis et diocesis velimus constitui in opido Stetinensi, unde de hoc certificati annuentes pro tanto bono eorum supplicationibus iter recepimus cum eisdem ad 5 opidum supradictum. Ne autem ex hoc commissa nobis legatio ultra remaneat vobis incognita occurrente hoc certo nuncio illius patrie prope Mersborgensem, decrevimus hac vice mittere vobis iniuncta presentibus et in scriptis inclusa, rogantes ut hac vice contentari et ea que mittimus bene advertere velitis et ponderare, que omnem salutem concernunt et ita agere, ut singula cedant ad honorem dei, autoritatem ecclesie atque 10 unionem et pacem in populo christiano durius desideratam. Speramus nichilominus in brevi personaliter vobiscum constitui et viva voce ubi expedit vestram almam universitatem in singulis reddere informatam, una cum presentacione litterarum a sacro concilio vobis directarum, deo volente, cuius res agitur, qui vos regere, dirigere et conservare dignetur per tempus longiorem. Ex opido Koningsberg Caminensis diocesis, die ultima 15 augusti, anno domini 12. XLVII.

Earundem d. v. fideles rogamus ut requisitis presentibus alias alligatas litteras alme universitati Erfordensi cicius quo fieri poterit pro republica destinare velitis cum litteris eiusdem continencie et tenoris.

Iohannes de Rene sacri palatii apostolici causarum auditor et Thomas Rode scolasticus Lubicensis, cubicularius 12., decretorum doctores, 20 sacri Basiliensis concilii nuncii et oratores.

98.

Erzbischof Friedrich von Magdeburg übersendet den Magistern und Doktoren der theologischen und juristischen Fakultät der Universität einen von der theologischen Fakultät der Universität zu Erfurt 25 verfassten Traktat, und bittet sie denselben zu begutachten. **Giebichenstein, 1447 Nov. 22.**

Hdschr.: Universitätsbibliothek Leipzig Cod. mscpt. No. 176 fol. 32b.

Fredericus dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, primas Germanie.

Venerabilibus et egregiis viris dominis, magistris et doctoribus sacrarum 30 theologie et jur. facultatum alme universitatis studii Lipczensis nobis favorose et sincere dilectis.

Illustrari sapientie luce et igne caritatis inflammari in Christo Ihesu domino nostro. Egregii viri, mittimus vobis per presencium ostensorem tractatum quendam per eximios facultatis theologie magistros alme universitatis studii Erphordensis compositum, 35 a multis aliis doctoribus ac magistris ceterisque litteratis ac deum timentibus visum, lectum et approbatum, devocius exorantes, exhortantes et requirentes vos, quatenus eundem examinetis et si mereatur approbetis. Si vero in eodem quidquam per vos visum fuerit catholice sacre fidei contrarium vel a bonis moribus alienum aut quovis